

11.

1822 I Sem.

Radecky

Von Radeckij.

- zu spät eingeliefert, und daher nicht
durchgesehen. Freunde

60
Ephori Lacedaemoniorum
cum Romanorum tribunis
plebis collecti.

In ephoris Lacedaemoniorum
cum Romanorum tribunis
plebis collocandis, quamquam
non pauca inter eos similia
sunt, magnis tamen curae
impedimentis et difficulta-
tibus colluctandum fuisse,
fateor. — Indulgentiae vero
spe commotus et exigui tan-
tum periculi faciendi causa,

hunc laborem, quamvis non sine
aliqua limitate, suscipere
conor.

Ephorum institutio non prius, ut
viri docti fidem fecerunt, quam
esse Plutarcho aliisque, circa
annum 130 post Lycurgum in
aetatem Ptolemaei regis ca-
dit, qui ad pacem plebem con-
ciliendam & in tranquillitate
conservandam, quae forsitan in
jure & libertate sua laesa erat,
vel exiguam vim in rebus pu-
blicis administrandis a Lycur-
go datam augere concupivit,
moderato ac sapiente animo

61
de jure suo voluntarie desessit
eamque quidem potestatis par-
tem, quae, ut Aristoteles in Poli-
tica & Plutarchus doceat, ad
jus exercendum & luendum
spectabat ephorum magistrum
sui tradidit, ita ut futurae re-
giae potestatis modum imponeret.
Haec vero ipsam constitutionem plebi
omnino saluti esse inde patet quod
per omne tempus ephori tantum
ex plebe, infima quidem ipsa elec-
ti sunt. Ne autem eorum potentia
nimia foret, — quoniam ad finem nihil
certo reliquisse visum fuit. — deinceps

ut semper in unicum tantum an-
num crearentur, quorum quidem uno
tempore non plures quam quinque e-
rant, ne ista res, quam in mani-
bus habebant, aliter ac superiore
numero decidi posset. Nihilomi-
nus reges non prohibere potuerunt,
ut maxime quidem in belli Pelopon-
nesiaci aetate, tantam sibi potesta-
tem adquirent ac regum et sena-
tus tota vi in administrandis
rebus publicis erepta, imperio
civitatis potirentur et iniquis-
sima pro suo arbitrio agerent,
ita ut eorum potestas in primis
temporibus iis data in domina,
licet non fere tyrannicam degene-

62
raret, quacum mox corruptis jam
moribus, avaritia argentique cupido
conjugebantur. Quippe quam pauperri-
mi & infirmi ex plebe hoc ad munus
quod jam Aristoteles valde notat,
pervenire potuerint: non mirum
est, quod ad ea, quae civitatis saluti
perniciosissima erant induci pos-
si sunt. Quibus omnibus rebus fa-
ctum est, ut primus ille praetor
Sinius, ad quem epheori constituti fue-
rant, prociectis temporibus periret.
— His res sacrae, sollemnia festique
ludi curae erant. Etiam juventutis mo-
res & educationem moderantur.
In primis eo multum praevaluerunt
quod regum, magistratum, omniumque

civium, cuius quidam rei Aristoteles fidem
facit, vitae custodes erant, tanquam prae-
fecturam morum formantes. Quamquam
que enim, regibus non exceptis, quos ab
imperio expelleret, in carcerem conjicere
& capitis adeo damnare poterant, -
in iudicium vocabant. Porro con-
troversias & causas civiles decide-
rant. In peculiari ad conveniendum
confutatorum aedificio, quod exorior
dictum est, ubi iis etiam tribu-
nalia (si qua) erant, jus exercebant.
Convocato populo principem locum
tenebant, hostibus bellum indi-
cabant et pacem, quocunque modo
iis semper suberat constituenda et
pacis quoque cum externis civitatibus
inibant. Porro copias parare iis
curae erat ac poenas et praemia

63
expetere. Atque ut tandem paucis rem
complectar, cum omnibus in rebus quae
ad pacem vel bellum pertinebant, quis
que ad ipsos se converterebat, tum arbi-
tratu suo hoc vel illud decernebant.
Non vero solum intra Spartaе moenia
agebant: regum etiam cum copiis
finis transcuntium, comites esse
solebant. Et primo denique epakoro
annus appellatus est, cuius ini-
tium in hibernarum aequinoctium
cadebat, quo et tempore creati
fuerebant. - Nunc ad tribunos trans-
eam. - Jam eo decimo post Tar-
quinium exactum anno vehementer
oppresso, denique in sacrum montem,
vicinio Bellato auctore, confugiendi

plebi concedere senatus & patricii coacti
fuerunt, e medio duos magistratus, tribunos
dictos, creare, qui, sacrosancti ipsi adven-
sus consules & senatus jus populi defen-
derent. Non vel tres collegas sibi adjuverant.
Anno 297 demum decem tribuni crea-
ri coeperunt. Primo in comitiis curia-
lis, deinde anno 283 in comitiis tri-
baticis creati sunt. Magistratum ante
diem quartum idus Decembri iniverant
Initio eorum institutionis praecipuum
ipsis id iuvans erat, plebi contra pa-
tricios & magistratus auxilio esse,
ita tamen ut eorum potestas in pro-
hibendo tantum, non item in agendo
consisteret. Auxilii non poenae ius
datum illi potestati ut Livius ait
Ne extra urbis moenia aliquid agere
potuerant. Ideo etiam in primis

64
temporibus non pro magistratu habiti
sunt. quem ob causam illustris ille
historiae scriptor dicit, privatis eos
esse, sine imperio, sine magistratu;
neque iis etiam vestis praefecta erat.
Posse vero vulgus magistratus appella-
ti sunt. Maxima tamen illorum potestas
fieri debebat, quod plebis libertatis fue-
rat praefectus omnium omnino magistra-
tum actis verbo illo solemni: veto! in-
tercedere poterant, nec auctoritatem
& gravitatem consulum ipsorum metu-
ebant sed potius iis resistebant. Quod
si quis ipsis parere noluit, sive privatus,
sive magistratus, illico in carcerem
conjectus est vel in comitia tributa
laesae sacrosanctae potestatis reus
agebatur ejusque bona publicarentur
et in exilium ipse ejiceretur.

Postea tantam sibi potestatem usurpa-
runt, praecipue illius incolumitates
fiducia, ut non solum omnia, quae
ipsis non placebant restringerent.
tributorum collationes militumque
delectus atque ejus generis prohi-
berent; sed etiam senatus popularique
concilia pro arbitrio suo rogerent
& dissolverent. Itaque saepissime
fiebat ut, in controversiis, ad quas
plebem non raro excitare solebant,
cum patricius obstrictis, ipsius
disceptationis propriam cau-
sam non amplius respicerent.
sed potius negligerent suique
ipsius potestatem, ut cresceret
ante oculos haberent. Tamen
propehinc temporibus spererant
ut plebei omniumque honorum

65
patriciorum participes facti sint.
Atque ea potestate jussis de causis pri-
mam eis data postea valde abusi sunt
cum avaritia inducti corrumpere-
ntur stipendique a conductis plebe, vel ne,
quissima & rei publicae maxime noxia
facere. Agros, vectigalia, pecunias pu-
blicas provincias & imperia magistra-
tus quibusvis pro lubito vel dabant
vel adimebant. Hanc ob causam Sulla qui
addictus erat optimatum partibus a.
u. c. 642 eorum potestatem valde mi-
nuit, immo paene sustulit. Cotta qui-
dam pristinum tribunorum plebis vim re-
stituit, sed paucos post sub imperatoribus
inarem tantam umbram & sine honore nomen
tenebant dum Constantinus M. eos
cum aliis muneribus sustulit.

His igitur exquisitis & quae inter ipsos
duos magistratus perituri erant
demonstratis prae omnibus patet &
illinc in oculos & incurrat eos plebis
tantum salutis perspicendi causa
creatos fuisse. Ea enim impellente,
quae in superiores ordines odio in-
citata erat, tum ad istorum poten-
tiam moderandam angustioribusque
terminis circumscribendam, tum ad
ius libertatemque plebis defendendam
et suadendam magistratus illos con-
stitutos videmus. Haec igitur ob
causam Ephoris ius dicendi potestas
tribunis vero plebis sacrosanctitas
cum solemnibus verbis: veto, quo pri-
busque plebis salutis contraria in-
tercedere poterant, tributa est. Quoque
autem novo ieiunante anno, ne temporum

66
decursu sua profecto non exigua potestate
abuterentur, ephoris aequae ac tribunis
magistratus abdicandi officium erat.
Qua de causa etiam plures creati sunt. Tamen
non remedium suam vim augendi invenie-
bant. Non enim solum ceteros magistra-
tus oppugnabant sed valde etiam iis prae-
stare, quoniam haec ad finem semper salu-
ti plebis consulendae praestatu uteretur.
Itaque ambo proprium ipsorum munus
neglexerunt ad sua tantum comoda re-
spicientes, quod potissimum de ephoris
novimus. Quibus rebus non ~~accessit~~, ~~ut~~
~~videtur~~ periculae cupidi, ad turpissi-
ma perniciosaque facinora adducerentur.
Ita nec ut aliquis iustissimam quam-
que potestatem mox finis suos exce-
dere videremus, quam crescentem
nulla hominum vis coercere lict.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Small, faint handwritten mark or signature.]